

pus. Dicimus enim motum tardum, uel uelocem in comparatione ad tempus.

Nona diffinitio.

Proportionum alia dicuntur rhete, alia alogæ, rhete quæ sunt ut numeri ad numerum, alogæ quæ non sunt numeri ad numerum.

Decima diffinitio

Proportio rhete alia æqualis, alia multiplex, uel submultiplex: alia unius partis excessus, aut defectus, alia plurium, quam superpartientem, aut superpartientem uocant.

Vndecima diffinitio.

Cum diuiso denominatore per numeratorem exit quantitas aloga, proportio dicitur aloga; si autem numerus integer, aut pars numeri nota dicitur rhete.

Duodecima diffinitio.

Proportionem in proportionem duci est, quoties recto ordine tres quantitates in eisdem collocantur: ut sint tres quantitates a b c dicetur proportio a ad c producta ex proportione a ad b & b ad c, & similiter proportio c ad a producit ex proportione b ad a, & c ad b.

$$\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$$

Tertiadecima diffinitio.

Proportionem per proportionem diuidi est, quoties ad eandem quantitatē duæ quantitates comparantur, tunc illarum proportio est, quæ prodit una per alteram diuisa.

Sint proportiones a & b ad c & interponatur b inter a & c, dico proportionem a ad c diuisam per proportionem a ad b, & prodire proportionem b ad c, constat ex conuersa præcedentis.

Quartadecima diffinitio.

Additio proportionum intelligitur quotiens duarum quantitatatum ad unam tertiam, proportionem per aggregatum ipsarum quantitatatum ad eandem coniunguntur.

Velut si comparentur a b & b c ad d, inde tota a c ad d dicemus proportionem, ac ad d esse coniunctam ex duabus proportionibus a b ad d & b c ad eandem d. Hoc & duo sequentes sicut & due antecedentes demonstrabitur esse. nunc solum quomodo intelligendum sit proponimus.

$$\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$$

Quintadecima diffinitio.

Detractionem proportionis à proportionem intelligimus fieri per detractionem minoris quantitatatis à maiore, comparatam ad eandem quantitatatem.

Velut in exemplo superiore detracta proportione b c ad d ex propor-